Johannes miseratione divina sancti Angeli sacrosancte Romane ecclesie dyaconus Cardinalis in Germanie et nonnullis aliis partibus apostolice sedis de latere legatus specialiter deputatus reverendo in Christo patri domino Episcopo Cameracensis seu eius in specialibus vicario salutem in domino sempiternam.

Pia fidelium vota illa potissime que divini cultus augmentum et animarum salutem necnon pacem et commodum ecclesiarum personarum respicuitur libenter cum a nobis petitus favorabiliter exaudimus.

Sane pro parte delictorum nobis in Christo curati magistrarum et beghinarum curtis beghinagii opidi Lyrensis Cameracensis diocesis nobis oblata petitio continebat quod olim propter bonum pacis ad euntandum diversa scandala dissentionis atque lites qua verisimiliter exinde imposterum oriri possent amicabiliter et mature absitque alicuius preiudicio certis rationalibus modis et formis concepti et conclusi fierent nonnulli liciti et honesti tractatus conventiones ordinationes et appunctuamenta inter eos et dilectos nobis in Christo decanum et capitulum ecclesie collegiate sancti Gummarii opidi Lyrensis predicti tam super iuribus parochialis ecclesie curtis antedicte

quod etiam rebus aliis dictas partes hinc inde concernentibus prout in certis litteris desuper confectis et sigillo dicti capituli Lyrensis munitis atque sigillatis plenius dicitur contineri.
Quare pro parte eorundem curati magistrarum et beghinarum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus tractatibus, conventionibus, ordinationibus et appunctuamentis predictis robur nostre confirmationis adycere de benignate nostra dignaramus.

Nos igitur de premissis certam noticiam non habentis huiusmodi quoque supplicationibus inclinati discretioni vestre de qua in hiis et aliis speciale in domino fiduciam obtinemus auctoritate legationis nostre nobis commisso per hec scripta committimus et mandamus quatenus vos de premissis diligenter informati et si per informationem huiusmodi vobis constitutur premissa sic ut permittitur licita et honesta fore supradict[] tractatus conventiones, ordinationes et appunctuamenta prout rite facta fuerunt iuxta predictarum litterarum continentiam et tenorem auctoritate prefata pro eorum fermiori subsistentia approbetis et confirmetis.
In quorum omnium et singulorum

[folio 11 verso]

fidem et testimonium presentes litteras per secretarium nostrum subscriptas fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communire.

Datum Confluentie sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono inductione duodecima die vero septima mensis May pontificata serenissimi in Christo patris et domini nostri **Nicolai** divina providentia pape **quinti** anno tercio.

Concordat huiusmodi copia cum suo originali
collatione facta per me sacra imperiali auctoritate
notarium publicum
Laurentius Perre

Nota's

- Confluentie : Koblenz

[folio 12 recto]

- 14 -

Regest : 1 juni 1447 Johannes de Burgundia, bisschop van Kamerijk, bevestigt de begijnen van Lier en hun infirmerie aldaar in bescherming te nemen. Dit ingevolge klachten die hij ontving dat allerlei misdadijers - van beide geslachten - de begijnen molesteren en kerk en kerkhof beschadigen. Hij spreekt van een "speluncam latronum", d.i. een dievenhol. Hij geeft alle clerici de opdracht hiertegen streng op te treden, en dreigt met excommunicatie van de overtreders. Ook heeft de Hertog een boete opgelegd aan de overtreders.

Johannes de Burgundia dei gratia Episcopus Cameracensis et comes Cameracesii dilecto nostro decano christianitatis Antwerpiensis omnibuscumque aliis et singulis presbiteris, curatis et capellani necnon notariis et tabellionis publicis nostrarum civitatis et diocesi salutem in domino sempiternam.

Sane pro parte dilectorum nobis in Christo domine sive magistre et gubernatricis hospitalis infirarie aliarumque sororum et virginum beghinarum Lyerensis nostre diocese quas in et sub nostra atque curie nostre ordinarie tuitione, protectione et defensione ponimus et per has litteras nostras suscipimus ac ab omne molestatione et inquietatione volumus et mandamus liberas

remanere pariter et illesas nobis facta querimonia continebat ex complures utriusque sexus persone tam malefactores utpote homicide, raptiores, fures et propter debita fugientes et banniti seu ex opido predicto relegati alieque diversarum nationum persone atque etiam periure defraudatores virginum atque defloratores ad ecclesiam, cimiterium sive curtum earundem non solum abutendo ipsorum ecclesie et cimeterii immunitate verum etiam de ecclesiam huiusmodi qui ad orandum dinoscitur instituta speluncam latronum faciendo confluunt et fugiunt unde imposterum maxima pericula possent evenire et nonnulla evenisse temporibus proteretis prout fidei dignorum relatu dedicimus, ut ipsarum dictarum beghinarum deo in dicto loco devote obsequentum deflorationes bonorum signanter victualium raptum aliasque atque plurimas molestationes experientia demonstrant.

Et qua nostro pastorali incumbat officio futuris saltem talibus obviare periculis et scandalis et ne ecclesia, cimiterium sive curtis huiusmodi vilitate coinquinetur etiam et ad maiora pericula evitanda utque dicte beghine deo liberius obsequi servitioque divino vacari possint vobis decano et omnibus aliis et singulis supradictis tenore presentium commitimus et mandamus quatenus accedentes ubi propter hoc fuerit accedendum diligenter auctoritate nostra in facie ecclesie predicti aliarumque ecclesiarum circum iacenum populo ad audiendum divina congregatio totiens quotiens opus fuerit aut easque emerserit omnes et singulas utriusque sexus persona sit ad loca supra-

[folio 12 verso]

dicta confluens et fugiens sub penis expressis et quinquaginta marcharum argenti mediatim illustrissimo principi et domino domino duci Burgundie, Brabantie etc et pro reliqua parte nobis ad opus elemosine nostre si commitantur applicamus et solvemus moneatis quos nos etiam sub eisdem penis in hiis scriptis monemus ut infra viginti quatuor horarum spatium post monitionem eis factam quarum sex pro primo, sex pro secundo et reliquas duodecim pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus et vos assignetis a dicto loco recedant aut saltem ad opus et securitatem ecclesie predicta cautionem in manibus dicti decani aut curati loci prestant sufficientem pro redimendo cessum et procurando reconciliationem cimeterii predicti. Casu quo eorum occasione huiusmodi cessus aut pollutio perpetratum fuerint aut ipsi damna aliqua dicte ecclesie aut personis inibi residens fecerunt aut que eorum occasione passe fuerint restitutum quos et eorum quemlibet sic ut premittitur monitos et non parens in hiis scriptis excommunicamus et vos excommunicetis excommunicatosque palam et publice denuncietis absitque aliarum expectatione litterarum.

Datum Bruxelle dicte nostre diocesis sub sigillo nostro anno domini millesimo quadragesimo quarto [1 juni 1447] die prima mensis junii.

Sic subscriptum super plicam per dominum Jo d Belle loco secretarii absentis.

Concordat huiusmodi copia cum litteris originalibus
collatione facta diligenti per me sacra imperiali
auctoritate notarium publicum
Laurentius Perre

[folio 13 recto]

- 15 -

Regest : 3 sept 1497 Henricus de Bergis, bisschop van Kamerijk, ontving een brief van Elizabeth Maerten et Barbare vanden Voerde, meesteressen van het Begijnhof van Lier, en Bernardus Andree, pastoor van het Begijnhof.

Zij verwijzen naar een pauselijke bul gegeven door Clemens V in de maand januari van het 4e jaar van zijn pausdom, dus in januari 1309. Daarin wordt verwezen naar misstanden en 'schandalen', terwijl van de begijnen wordt verwacht dat ze nederig en religieus leven. Evenwel stelt hij dat men de rechtzinnige en niet-rechtzinnige begijnen niet over één kam mag scheren. Wel vraagt hij op te treden tegen elk misbruik of wangedrag.

Bisschop Henricus verzoekt Johannes de Alosto, pastoor te Morsele, en de decanen van Sint Gudula in Brusselen en van de Mariakerk in Antwerpen de zaak te onderzoeken.

Op basis van hun vaststellingen besluit en bevestigt Bisschop Henricus dat de Lierse begijnen op gepaste wijze leven.

Henricus de Bergis, dei et apostolice sedis gratia episcopus Cameracensis Comes Cameracesii universis et singulis presentes litteras inspecturis pariter et auditurus salutem in domino sempiternam.

Ex paterne caritatis officio quo universis nostre diocesis ecclesiis, monasteriis, conventibus religiosis beghinagiis ac piis locis obligantur ad illorum conferendum statum solicitis vigilamus studiis et ea que pro eorum prosperis successibus provide precississe comperimus ut illibata perdurent nostro aprobatonis minimine solidari litterasque et indulta eis concessa que vetustate periunt renovari exemplari et transcriptari ac alia pro eorum observantia oportuna statui mandamus perut in domino conspicimus salubriter expedire.

Sane pro parte dilectorum nobis in Christo filiarum **Elizabeth Maerten et Barbare vanden Voerde** magistrarum ac aliarum beghinarum domus beghinagii oppidi Lyrensis nostre diocesis necnon dilecti etiam nobis in Christo domini **Bernardi Andree** earumdem curati accepimus nostras ad manus ac vidimus, palpavimus et legimus quasdam patentes litteras seu instrumentum publicum bone memorie reverendi in Christo patris domino Petri episcopus Cameracensis nostri predecessoris eius sigillo oblongo in cera rubea impendente impresso munitus necnon manu signo et subscriptione discreti viri **Egidii dicti Cantheliens** de capello Cameracensis Cameracensis diocesi publici apostolica et imperiali auctoritate tabellionis subscriptas et signatas non viciatas non cancellatas necque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicis et suspicione carentes vetustate tamen ad corruptionem tendentes.

Quarum quidem litterarum seu instrumentum tenor sequitur et est talis :

- 15.1 - "JOHANNES episcopus servus servorum dei venerabili fratre episcopo Cameracensis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum de mulieribus que beghine vulgariter et communius nuncupantur felicis recordationis **Clementi pape quinto** predecessori nostro precipue de Alemanie partibus multa fuissent insinuata sinistra presertim quod aliique de summa divinitate ac divina essentia disputare ac etiam predicare circa articulos quoque fidei et ecclesiastica sacramenta opiniones eidem fidei contrarias introducere multorum atque simplicum animos in diversos super hiis errores inducere et alia multa pericula animarum parientia facere sub fucato sanctitatis velamine presumebant.

Ex quibus necnon et aliis de dictis mulieribus frequenter auditis habens eas dictus predecessor non indigna ratione suspectas statum ipsarum prohibamus dixit perpetuo et a dei

[folio 13 verso]

ecclesiam penitus abolendum, in illas que statum hujusmodi jam assumptum sectant ulterius aut que de novo illum assumerent, excommunicationis sententiam promulganus.

Cum autem nuper apostolatus nostri auditum relatio fidedigna deduxerit esse plurimas in tuis civitate et diocese hujusmodi mulieres Beghinas simpliciter nuncupatas que per virtutum odoramenta currentes honeste vivunt, frequentant ecclesias prelati suis reverenter obediunt et se in premissis disputationibus et erroribus non involvunt nec suas vel aliorum animas per opiniones erroneas ab evangelica veritate degeneres dampnabili presumptione decipiunt sed in sancta et solida simplicitate viventes aliisque proprias aliisque parentum, aliisque conductas, vel sibi communes et cum honesta familia domos inhabitant, aliisque vero rerum cogente defectu simul in eisdem domibus et diversis beghinagiis ad maioris castitatis observantiam immorantur et sic hactenus vixerunt laudabiliter atque vivunt quod nulla unquam super hiis fuit vel est suspicio aut infamia contra ipsas.

Fuit nobis pro parte ipsarum humiliiter supplicatum ut cum indignum sit innocentes cum nocentibus ad paria iudicari, sintque propterea occasione hujusmodi in dictis civitate et diocesi scandala gravia dissensiones et odia guerrarumque pericula suscitata providere super hiis per apostolice sedis providentiam dignaremur.

Nos igitur indignum et rationi contrarium reputantes, si probas et reprobas similis censura precelleret.

Premisis etiam scandalis, discensionibus, odiis atque periculis obviare volentes fraternitati tue de quo plenam in domino gerimus fiduciam per apostolica scripta mandamus quatinus per te vel alium de vita dictarum mulierum laudabiliter viventium ut prefertur diligentius informatus, si reppereris ita esse non permittas eas vel ipsarum aliquam in personis et bonis earumdem occasione prohibitionis et abolitionis modi quousque de statu earum fuerit aliter per sedem apostolicam ordinatum ab aliquibus molestari.

Molestatores si qui fuerint per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Non obstanter si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede predicta sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Volumus autem quod predictas mulieres attente et accurate premoneas eisque districte precipias ne de huiusmodi disputationibus contra huiusmodi predicti predecessoris nostri prohibitionis et abolitionis tenorum se aliquatinus intromittant sed in sanctis operibus persistentes et

[folio 14 recto]

proficientes semper de virtutibus in virtutes mereantur retributionis eterne premium quod non inchoantibus sed perseverantibus in confirmationem prestatur.

Datum Avinioni secundo calendarium januarii pontificatus nostri anno quarto. " "

Quarum auctoritate et pretextu litterarum, facta informatione diligenti, de vita et moribus mulierum, que beghine vulgariter nuncupantur in beghinagio in villa de Lyre dicte nostre diocesis commorantes, necnon de omnibus et singulis in dicto rescripto apostolico contentis per dilectem et fidelem capellanum nostrum dominem **Johannes de Alosto** curatum ecclesiem de Morsele predicte nostre diocesis cui quantum ad hoc et alia infrascripta unacum discretis viris dilectis nostris ecclesiarum sancte Gudule Bruxellensis et beate Marie Antwerpiensis ac dictorum locorum Christianitatis decanis cum illa clausula quatenus vos vel duo aut unus vestrum etc. commissimus vices nostras.

Et quia per informationem huiusmodi vite factam inuerit quod dicte mulieres in predicto loco commorantes honeste et laudabileter vixerint atque vivent denote frequentates ecclesias prefatis suis reverenter obediunt et que se disputationibus et predicationibus de sancta trinitate ac divina

essentia non involverint nec involverunt nec etiam opiniones catholice fidei contrarias aliquatenus seminare praesumunt nec hactenus praesumpserunt quod nulla umquam super hiis fuit vel est suspicio aut infamia contra ipsas.

Dictus Commissarius noster virtute commissionis predicte voluit et ordinavit quod eadem mulieres in statu pacifice et quieto prout alias consueverunt domino famulari permittantur, et que sub obedientia magistrarum per ipsum commissarium ibidem institutarum in habitu griseo humili et honesto remaneant et remanere valeant absitque molestatione aliqua eis seu alicui earum occasione prohibitionis et abolitionis predictarum ab aliquibus in personis aut in bonis inferenda secundum certarum litterarum apostolicarum continentiam et tenorem.

Nos vera praemissa per dictum commissarium nostrum facta, ratificamus, approbamus et auctoritate qua in hac parte fungimur confirmamus volentes eam firmiter et fideliter observari. Quare vobis omnibus et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, presbyteris et capellaniis in nostris civitate et dyocesi predictis constitutis ad quos presentes littere pervenerint, districte praecipimus et mandamus quatenus omnes et singulos molestatores et rebelles si que fuerint in praemissis cuiuscumque status vel conditionis existant qui dictas mulieres molestaverint inquietaverint vel impedierint moneatis canonice ut ab huiusmodi molestatione inquietatione vel impeditio cessent penitus et desistant.

Alioquin ipsos si fuerint presbyteri, suspendatis a divinis, et si dictam suspensionem pe sex dies in se sustinuerint, ipsos

[folio 14 verso]

excommunicetis.

Si vero clerici fuerint sive laici et dictae monitioni non paruerint cum effectum, ipsos excommunicetis et excommunicatos publice nuncietis.

Et quid inde feceritis, nomina monitorum, suspensorum et excommunicatorum si qui fuerint nobis liquide rescribatis, in his autem exequendis unus vestrum alium vel alios non expectet.

In cuius rei testimonium presentes litteras pro nostrum notarium infrascriptum fieri fecimus et sigilli nostri munimiem roborari.

Actum et datum apud Castellum in Cameracesio anno domini millesimo tricentesimo vicesimo tercio inductione septima mensis februarii die vicesima quarta [24 februari 1323], pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini **Johannes** divina providentia pape **vicesimisecundi** anno octavo presentibus venerabilibus viro **Rogero Mollem** archidiacono Constanensi, domino **Johanne de Alosto** curato ecclesiae de Morselle Cameracensis diocesis; **Leonardo** de Sancto Nicolao Beluacensis, et **Gerardo Postel** Cameracensis diocesis clericis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego **Egidius dictus Chancheliens** de Castello in Cameracesio, Cameracensis diocesis, apostolica et imperiali auctoritate publicus tabellio, premissis actis, dictis et ordinatis per prefatum reverendum dominum Cameracensem episcopum, ut praefertur, unacum testibus suprascriptis preasens fui presentes litteras de mandato ipsius per alium scribi, feci hic me subscripti et signum meum unacum appensione sigilli ipsius reverende patris rogatus apposui consuetum interliniare ubi dicitur facere approbans.

Quasquidem litteras seu instrumentum publicum nos Henricus episcopus commissarius apostolicus per insertarum litterarum apostolicarum vigore nobis in hiis parte concessa, apostolica et ordinaria nostra auctortatibus ad prelibatarum partem requisitionis approbavimus et confirmavimus necnon renovavimus et exemplari ac transcriptari et in publicam transcripti formam per discretum virum **Philippum Hanebert** clericus dicte nostre diocesi nostrum

secretarium ac publicum apostlica er imperiali auctoritate notarium redigi mandavimus prout approbamus, confirmamus, renovamus et mandamus presentum per tenorem.

Et nichilomus dicto domino **Bernardo Andree** curato presenti et ad humiliter petanti et acceptanti ut quamdiu vixerit beghinias ipsas nunc et pro tempore in dicto beghinagio opidi Lyrensis commorantes regere et gubernare ac in eas vices nostras exercere possit et valeat concedemus et permittimus ipsum [quod] dominum Bernardum in premissi omnibus et singulis pertactas beghinias opidi Lyrensis tangens subdelegationem nostram ordinamus atque deputamus per presentes. Volens ac decernens predicte auctoritate ut huiusmodi approbationem, confirmationem, renovationem mandatum, concessionem, commissionem, subdelegationem, et hinc presenti transcripto publico plenaria fides deinceps adhibitur

[folio 15 recto]

ac illis stetur ubilibet in locis omnibus et singulis quibus fuerit oportunum et exhibebitur perinde ac si originales littere seu instrumentum prescriptum appererent et forent exhibite et ostene omnibus et singulis tam apostolicam quam nostram ordinariam auctoritates interposimus pariter et decretum.

In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum fieri et per secretarium nostrum notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensionem [eodem]. Datum et actum in dicto oppido Lyrensis in domibus nostre solite residens sub anno a nativitate domini millesimo quadragesimo nonagesimo septo indictione quartadecima die vero tercia mensis novembris [3 sept 1497] pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostre domini **Alexandrii** divina providentie pape **Septi** anno quinto presentibus ibidem venerabilibus viris dominis **Francisco De Olmen** decano ecclesie Lyrensis utriusque iuris licentiatus ac **Johanno Trabi** vicecurato dicte ecclesie Lyrensis et **Johanne du Mont** canonico sancti Sangerici Cameracensis testibus ad premissa veritatis specialiter et rogatis.

Et ego Philippus Hanebert clericus Cameracensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius prefatique reverendi in Christo patris Domini Henrici episcopus Cameracensis secretarius et scriba qua scripsi ipsarum litterarum seu instrumenti presentatione, receptioni, auscultatione, confirmatione, approbatione, renovatione, gressione, commissione, subdelegatione, transcriptione et decreto omnibuscumque aliis et et singulis dum sit ut premittitur per eundem dominum episcopum et coram eo fierent et decreventur unacum prenotatis testibus presens fui eaque sic fieri, vidi et audivi ac in notam sumpsi ideo hoc presens publicum instrumentum de mandato predicti domini episcopi exinde confeci, subscripsi et publicavi ac in hinc publicam formam redigi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum prelati domini episcopi sigilli appensione signavi in fidem robur et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Concordat huiusmodi copia cum litteris originalibus
collatione facta diligenter per me sacra imperiali
auctoritate notarium
Laurentius Perre

[folio 15 verso]

- 16 -

Regest : donderdag na 8 sept 1302 - Frater Clemens, monnik van de orde van Sint Bernard, laat weten aan de bisschop van Kamerijk dat het begijnhof van Lier zal gevisiteerd werd zoals gevraagd. De abt van de Sint Bernardsabdij zal de visitatie soen, nader bericht zal volgen.

Universis presentes litteras inspecturis frater Clemens monachus ordinis sancti Benedicti [vicesgertus] reverendi in Christo patris ac domini dominus Cameracensis episcopus ac visitator et receptor totius episcopatus predicti salutem in domino sempiternam.

Auctoritate domini Cameracensis episcopus nobis in hac parte comissa vobis viro religioso et discreto domino dei patientia abbati loci sancti Bernardi ordinis cistersiensis visitationem curtis beghinarum in Lyra commorantum in spiritualibus et secularibus committimus loco nostri dantes vobis et concedentes omnia et singula faciendi in premissis que faceremus seu facere possemus si personaliter presentes essemus donec ad nos dictam visitationem vel ad dominum nostrum Cameracensis episcopus duxerimus renotandam.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum et actum anno domini m° ccc° secundo feria quinta post nativitatem beate virginis Marie.

[donderdag na 8 sept 1302]

[folio 16 recto]

- 17 -

Regest : Tweede helft van maart 1273 - De Juffrouw (magistre) en het Begijnhof van Lier schenken boven de reeds door een begijn geschenken rente van zestig Leuvense Ponden nog 10 ponden meer voor het levensonderhoud van de kapelaan van het Begijnhof.

Universis presentes litteras visurus magistre et universitas conventum beghinarum curtis Lyrensis salutem et cognoscere veritatem.

Cum olim saerdotem in nostre curtis inceptione nostra haberemus qui divinis cultibus precesset sicut denotum exitisset et deceret et licenciate essemus talem haberi sicut patet in instrumentis super hoc confectis nostrorum superiorum tam domini epicopus Cameracensis quam capituli Lyrensis in cuius parochia subsistimus et manemus et ad hoc proventus fuissent necessarii quibus dictus sacerdos apud nos perpetuus debuissest merito sustentari dicto tempore non haberentur nec poterant i in rectis redditibus assignari.

Sed quidam beghine dicte curtis unacum universitate ipsius curtis sua bona quedam et specialia usque ad summa sexaginta librarum Lovaniensem sicut patet in litteris super hoc confectis plenus obligarunt.

Nos volentes efficaciter perficere et adimplere quod tenemur in huiusmodi obligatione pii operi et divini cultus exercitio obligati a cuius revelatione omnia que salutis nostre existunt insistere devotius teneamur.

Redditus in certis redditibus decem librarum Lovaniensem dicte capellanus beghinarum nostre curtis in perpetuum de consensu venerabilis viri [domini] decani ecclesie Lyrensis provisoris nostri ex parte domini epicopus Cameracensis et procuratorum nostrorum unanimiter assignamus in bonis terris et censu scriptis inferius et notatis videlicet

viginti solidos Lovanienses anni census quos habemus in domo et fundo Johannis Barbitonisoris,

in bonis Johannis dicti Cordir octo solidos Lovanienses,

in domo et fundo Johannis dicti Stedinc quinque solidos Lovanienses,

in hospitali Lyrensis duodecim denarios Lovanienses,

in domo Johannis Custe sita in platea de Lispt quinque solidos Lovanienses,

in terra Henrici de Vaken sita iuxta manerium Johannis de Bossce sedecim solidos

Lovanienses,
in terra Henrici dicti vanden Kinderen sita in Kessela iuxta locum qui dicitur Zanda decem solidos Lovanienses,
in domo fundo et orto attinente Johannis de Fine in Kessela sex solidos Lovanienses,
in prato Gerungi Willemme et Henrici frater de Indrichroden sex solidos Lovanienses,
in terra Willimi filii Willimi de Clusa sita in Kessela iuxta Bisth halsterum siliginis annuatim,
in terra Margarete Doctrinis sita in Kessela quinque modekinos siliginis,
in bonis Henrici de Donck que tenetur a capitulo Lyrensis halsterum siliginis,
in bonis heredum Mabilie Henrici Scotes sitis Kessela

[folio 16 verso]

fertellum siliginis,
in bonis Johannis Cupere sitis iuxta Lyrewyncla quatuor solidos Lovanienses,
ab eodem duos solidos Lovanienses,
in domo et fundo sitis in platea Ruscebroch
in domo et fundo Johannis Bulen in eadem platea sitis tredecim denarios et obolum,
in domo et fundo Egidii filii Ide sitis in platea de Berlaer tres solidos Lovanienses,
in domo et fundo Gerardi Stenars decem solidos Lovanienses,
in domo et fundo Amisi Stenars et matris eius sitis in platea de Lispth decem solidos Lovanienses,
in domo et fundo Ide de Ponte quinque solidos Lovanienses, a liberis Henrici Comans duos
solidos Lovanienses,
a Johanne de Lare triginta denarios Lovanienses,
a Gerungo de Indrichroden quinque fertellas siliginis ,
in bonis sororis Luce de Lirewincle unum modekinum siliginis,
in bonis Helvigis de Melcouwe sitis in Udewick firtellam siliginis,
in domo et fundo Godescalci Fabri presbyteri quondam Willeroy decem solidos Lovanienses,
ab universitate nostre curtis de bonis in Scarlebrook viginti solidos Lovanienses.
Et per hoc dicte decem libre in dictis redditibus sunt complete penitus et perfecte.
Et nos dictum sacerdotem nostrum coram singulis dictis et paribus curie a quibus dictus redditus
tenetur debemus sine expensis suis prout iuris ordo decreverit investire vel alium loco sui.
Et sic obligationes facte a quibusdam beghinis nostris usque ad summam sexaginta librarum
Lovanienses in bonis ipsarum sicut superius est taxatum sunt penitus relevate quite nichilominus
ac etiam absolute.
Et de consensu nunc sacerdotis ibidem perpetui predicta omnia sunt condicta penitus et ordinata
que pro se et suis successoribus promisit inviolabiter observari.
In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras predicte rei seriem continentis sigilli nostre
curtis munimine unacum sigillo dicti **Thome** sacerdotis ipsi curtis nunc perpetui capellani fecimus
roborari.
Actum et datum anno domini m cc septuagesimo secundo mense martio.

Concordat hec copia cum litteris originalibus collatione
ad et ad easdem facta per me sacra imperiali
auctoritate notarium publicum
Laurentius Perre

[folio 17 recto]

- 18 -


Regest : 10 dec. 1427 op het vijfde uur van de avond in de abdij van Tongerlo maakte **Johannes de Dormale**, magister in artibus en als "notarius publicus", een open brief (publicum instrumentum) op in aanwezigheid - als getuigen - van frater **Theodrico de Hare**, hoofd van de abdij (prepositius), **Henrico Yden** en **Arnoldo Plassendonck**.

De tekst vangt aan met een open brief van **Johannes, abt** van het klooster van de Heilige Maria te Tongerlo en in zijn hoedanigheid van "diocesi executor"; onderwerp is de verkiezing, benoeming en aanstelling van de rector van het Begijnhof van Lier.

En hierover gaf paus Martinus V in december 1425 een bul waarbij hij duidelijk stelt dat - en dit sinds mensenheugenis - de Meesteres van het Liers Begijnhof en de abt van de abdij van de Sint Bernardsabdij 'op de Schelde' (Hemiksem) aanduiden, en dat deken en kapittel van Sint Gummarus in Lier zich daar tegen niet mogen verzetten op straffe van excommunicatie.

De bul werd nagezien en geldig bevonden door **Johannes Nouts**, procurator van voornoemd Begijnhof.

Abt Johannes geeft dan ook opdracht aan Johannes Nouts om te onderzoeken wie welke brieven al dan niet ontvangen heeft; hiertoe moet hij de betrokkenen oproepen, en het onderzoek zal plaatsvinden in de Sint Bernardsabdij. Johannes van Dormale is daarbij aanwezig als notarius publicus, en stelt de hier weergegeven open brief op.



Folio 17 recto : " Reverendo in Christo patri ac domino Episcopus Cameracensis "

Reverendo in Christo patri ac domino domino Episcopo Cameracensis necnon venerabilibus et circumspectis dominis Abbatibus prepositis decanis et capellani tum cathedralium quod collegiarum ecclesiarum ac omnibus aliis et singulis dignitates personatus administrationes beneficia seu officia quecumque in eisdem habentibus seu tenetibus quocumque nomine censcantur et aliis quorum interest intereritque seu interesse poterit et quos infrascriptum tangit negotium vel tangere poteret quicunlibet in futurum coniunctum etiam seu divisim

- 18.1 -

JOHANNES permissione divina Abbas monasterii beate Marie de Tongerloo tamen diocesi executor solus et insolidum ad infrascripta fideliter exequenda honestis personis magistrabus curtis beghinorum opidi Lyrensis dicte Cameracensis diocesis a sancta sede apostolica ac sanctissimo in christo patre ac domino domino **Martino** divina providentia papa **Quinto** super electione sive novatione persone ydionee in rectorem parochialis ecclesie curtis beginarum eiusdem specialiter deputatus salutem in eo qui est omnium vera salus et mandatis nostris ymmoverius apostolicis firmiter obedire litteras sanctissimi in christo patris en domini nostri domini Martini divina providentia papa Quinti predicti cum cordula canapis et de bulla plumbea ipsius domini nostri pape more romane curie bullatas non cancellatas non viciatas non abolitas nec in aliqua ipsarum parte suspectas sed omni prorsus vicis carentes vetustate et suspicione ut prima facie apparebat per **Johannem Nouts** procuratorem dictarum magistrarum curtis beghinorum predicte prout de sue procriptionis mandato sufficienter edocuit nobis presentatas coram notario et testibus infrascriptis nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisce quarum litterarum tenor de verbo adverbum hic sequitur er est talis:

- 18.2 -

"**Martinus** servus servorum dei dilecto filio Abbatii Monasterii Tongherlonensis Cameracensis dioces salutem et apostolicam benedictionem humilibus petentium votis libenter annuamus illasque favoribus prosequamur oportunis sane pro parte dilectorum in christo filiarum magistrarum curtis beghinorum opido Lyrensis Cameracensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat

quod licet electio sive nominatione persone ydonee in rectorem parochialis ecclesie dicte curtis ad magistras curtis eiusdem post electionem vero sive novatione huiusmodi collatio et provisio ecclesie predicta ad Abbatem monasterii sancti Bernardi supra Scaldam cisterciensis ordinis dicte diocesis per tempore existentes necnon institutio persone ydonee in rectorem eiusdem ecclesie sive ad illam ipsius admissio persone ad dilectos filios decanum et capitulum ecclesie sancti Gummarii dicti opidi de antiqua et

[folio 17 verso]

et approbata hactenuscumque pacifice observata consuetudine pertineant necnon magistre curtis in elegendi sive nominandi personam post electionem vero sive novationem Abbas monasterii predictorum qui antea fuerint in conferendi parochialem ecclesiam huiusmodi et de illa providendi ac decanus et capitulum predicti in instituendi rectorem in dicta parochiali ecclesiam sive ipsum ad illam admittendi pacifica possessione vel quasi juris extiterint etiam a tempore cuius contrarii memoria non existit.

Ipse tamen magistre consuetudinem et jus huiusmodi per quo suis intercipi sive impugnari posset tempore procedente.

Quare pro parte dictarum magistrarum nobis fuit humiliter supplicatum ut super hiis eis et ipsius curtis beghinarum pro tempore existentibus oportune providere de benignitate apostolica dignaremus nos itaque qui de premissis rectam noticiam non habemus huiusmodi supplicationibus inclinati discretione tue per apostolicam scripta mandamus quatenus si et postquam vocatis qui fuerunt evocandi tibi de dictis consuetudine et possessione legittime constiterit consuetudinem predictam et quecumque inde secuta auctoritate apostolica approbis et confirmes ius quoque eligendi sive nominandi personam ad magistras ac post electionem sive nominationem conferendi parochialem ecclesiam et de ea providendi ad Abbatem pro tempore existentes necnon instituendi rectorem in ipsa parochiali ecclesiam sive eum ad illam admittendi ad decanum et capitulum prefatos legitime pertinere eadem auctoritate decernatur.

Non permittens magistras abbatemque decanum et capitulum predictos sive ipsum aliquem super huiusmodo jure prout illis contigeret et quocumque indebito molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quos interdici suspensi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem per hoc tamen statum magistrarum et beghinarum earumdem non intendimus aliquatenus approbare.

Datum Senezani Penestrinensis diocesis iii mensis septembri pontificatus nostre anno nono. " "

Post quarumquidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem per prefatum Johannem Nouts procuratorem predictarum magistrarum curtis beghinarum opidi Lyrensis procuratorio nostre at ad opus earumdem magistrarum et beghinarum instanter fuimus requisiti ut ad executionem dictarum litterarum et mandatii apostolici per eumdem sanctissimum patrem dominum papam predictum

[folio 18 recto]

nobis in hac parte facti iuxta eiusdem continentiam procedere dignaremus.

Nos igitur judex seu executor prefatus tamque obedientie filius volentes huiusmodi mandatum apostolicum nobis in hac parte directem in sui forma exequi ut tenemur per magistrum **Johannem de Dormale** notarium publicum infrascriptum mediantibus nostris litteris citationis causam in se continentibus coram nobis in dicto nostro monasterio ad prefixum eis diem citari et evocari fecimus et mandavimus eos qui super hoc furant evocandi et specialiter predictas magistras beghinarum necnon venerabilis viros dominos abbatem monasterii sancti Bernardi supra Scaldam ordinis cistersiensis, decanum en capitulum ecclesie sancti Gummarii Lyrensis predictos ad prebendum testimonium veritati et ultimam nobis noticiam faciendum de et super consuetudine et possessione

electionis persone ydonee in rectorem parochialis ecclesie curtis beghinarum predicte collatione, provisione, admissione et institutione quibus ut nobis constat literatore sic citatis et evocatis et predictorum magistrarum et venerabilium virorum duorum Abbatis monasterii sancti Bernardi decani et capituli ecclesie sancti Gummari Lyrensis procuratoribus ad prefixum diem coram nobis in dicto nostro monasterio comparantibus et diligenter examinatis prout juris ordo [proscrevat] deponentibus auditis que testum depositionibus pluribusque litteris receptis, visis et inspectis de predictis jure consuetudine et possessione legitimam recepimus noticiam et informationem ad predictis magistras beghinarum electionem sive nominationem persone ydonee in rectorem dicte parochialis ecclesie curtis beghinarum ad venerabiles viros dominos Abbatiem monasterii sancti Bernardi eiusdem ecclesie collationem et provisionem ad vero decanum et capitulum ecclesie sancti Gummari Lyrensis predictos admissionem seu institutionem pertinere istis sic per actis predictus Johannes Nouts procurator et eo nomine ut ad ulteriore executionem predictarum litterarum et mandati apostolici procedere dignaremus cum instantia requisivit.

Nos igitur judex et executor prefatus tamque obedientie filius volentes huiusmodi mandatum apostolicum nobis in hac parte directum in sui forma ulterius exequi ut tenetur predictis omnibus diligenter attentis consideratisque considerandis omnibuscumque aliis et singulis nos et animum nostrum in hac parte monentibus et merito moneri debetibus predictas consuetudinem et possessionem et quecumque inde secuta ac electionem sive nominationem persone ydonee in rectorem parochialis ecclesie curtis beghinarum opidi Lyrnesis ad magistras beghinarum iamdicte curtis post vero electionem sive nominationem huiusmodi collationem

[folio 18 verso]

sive provisionem iamdicte ecclesie ad venerabilem dominum Abbatem monasterii sancti Bernardi supra Scaldam dicte ordinis necnon admissionem sive persone ydonee institutionem in rectorem dicte parochialis ecclesie ad dominos decanus et capitulum ecclesie sancti Gummari Lyrensis semper pro tempore existentes perpetuis temporibus in futurum legitime pertinere auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa decernimus, approbamus et confirmamus.

Ceterum vero cum ad executionem dicti mandati apostolici atque nostri ultimus faciendam non possumus quo ad presens personaliter interesse pluribus aliis nostris arduis negotiis praepediti universis et singulis dominus abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, scolasticis, thesauriis, custodibus cathedralium et collegiarum ecclesiarum, canonicis, rectoribusque parochialium ecclesiarum et locatenentes eorumdem plebanis et viceplebanis, capellaniis, vicariis, perpetuis, presbyteris, curatis et noncuratis clericisque ac notariis et tabellioribus publicis quibuscumquis per civitatem et diocesem Cameracensis ac aliis ubilibet constitutis sancte sedi apostlice subditis et eorum cuiilibet insolidum super ulteriori executione dicti mandati apostolici atque nostri ac super omnibus et singulis nobis in hac parte commissis plenarie committimus vires nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas.

Quos etiam et eorum quemlibet tenore presentium requirimus et monemus primo, secundo et tercio et peremptorie comiter et divisim ipsique et eorum cuiilibet insolidum in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis pena in vos et in eorum quemlibet tamen dierum canonica monitione premissae ferimus in hiis scriptis nisi fecerint ea que ipsis in hac parte committimus districte percipiens mandamus quatenus ipsi et eorum quilibet qui pro parte predictarum magistrarum prefate curtis beghinarum aut nomine venerabilis domini abbatis prefati necnon dictorum decani et capituli predicte Lyrensis ecclesie seu pro parte alterius eorumdem requisiti fuerint seu fuerit requisitus.

Ita que in hiis exequendis unus alterum non expectit nec per alrum se excuset ad omnes et singulos quibus noster presens processus dirigitur ac ad alias omnes et singulos personas accedant seu accedatis ubi et quando propter hoc fuerit accedendum et pro parte predictarum magistrarum seu aliorum seductorum fuerint requisiti seu fuerit requisitus necnon impeditores et molestatores sub penis in dictis litteris contentis compescendo insuper prefata auctoritate apostolica mandamus vobis omnibus et singulis supradictis in virtute sancte obedientis ne quisque vestrum predictas magistras venerabiles

[folio 19 recto]

viros abbatem monasterii sancti Bernardi supra Scaldam dicti cistersiensis ordinis et decanum et capitulum ecclesie sancti Gummari Lyrensis super huiusmodi jure et consuetudine indebiti perturbet, impedit vel molestet contradicentesque si qui premissa monitione canonica non desistant executionis sententie appellatione postposita volumus subiacere predictarum tamen magistrarum et beghinarum statum per presentas litteras hunc nostrum processum in se continentem non approbamus.

In quorum omnium et singulorum testimonium predictas litteras seu presens publicum instrumentum hunc nostrum processum in se continentem per notarium publicum infrascriptum nominem scribam in hac parte subscribi et publicari mandavimus et sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Datum et actum apud dictum nostrum monasterium beate Marie de Tongherloe, Cameracensis diocesis, sub anno domini millesimo quadrigentesimo vicesimoseptimo inductione septima mensis decembris die decima [10 dec. 1427] quinta hora vesperarum, pontificatis sanctissimi in christo patris ac domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti anno undecimo.

Presentibus ibidem honestis et discretis viris fratre **Theodrico de Hare**, dicti nostri monasterii preposito, **Henrico** dicto **Yden** et **Arnoldo Plassendonck** Cameracensis diocesis ad premissa vocatis specialiter et rogatis sic subscriptum :

Et ego **Johannes de Dormale**, magister in artibus, clericus Cameracensis diocesis imperiali auctoritate notarius publicus premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur fuerent et agerentur unacum prenotatis testibus interfui earumque sic fieri, vidi et audivi et in notam recepi.
Ex qua hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum confeci et in hanc formam publicam redegi signoque meo solito et consueto signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus specialiter et rogatus.

Concordat cum litteris originalibus collatione de et ad easdem facta per me sacra imperiali auctoritate notarius publicus
Laurentius Perre

[folio 19 verso]

- 19 -

Regest : 17 febr 1450 - Johannes de Burgundia, bisschop van Kamerijk, richt zich tot de dekaan en het kapittel van Lier. Johnnes Fabri, nu procurator in Brussel, wordt aangesteld als pastoor in het Liers Begijnhof. De bisschop verwijst naar een brief dd. 20 april 1449 van Johannes, kardinaal in Duitsland, waarin toelating gegeven wordt om wekelijks twee missen te doen in de kapel van de infirmerie. Als kapelaan wordt Gerardus Hugonis benoemd.

De dekaan en het kapittel van Lier wordne streng vermaand om de uitvoering van deze beslissing toe te staan, zoniet dreigen ernstige straffen.

Johannes de Burgundia dei et apostolice sedis gratia Episcopus Cameracensis et comes Cameracesii iudex et executor unicus id infrascripta et dictam sedem apostolica specialiter deputatus necnon ordinarius cause et partum infrascriptum universis et singulis [christane] religionis zelatoribus presentium venerabilibus decano et capitulum ecclesei collegiale sancti Gummari Lyrensis nostre Cameracensis diocesis salutem in domino filio virginis gloriose.

Cum ea que ad laudum et honorem dei presentis omnipotentis eiusque filii unigeniti et spiritus sancti necnon sacratissime virginis Marie eius matris gloriose ac pro divini cultus augmentatione per Christi fideles salubritus fui et ordinantur ab ipsisque ordinatoribus per Petrus desideratur observari temporibus deceat ymo potius expedit studiosius sereptine ministerio commendari ne post longevi lapsum temporis oblivionis nubilo per memorie labilitatem obfuscata [homini] depereant huiusmodi pia vota sane honorabilis vir dominus **Johannes Fabri** presbiter curatus parochiale ecclesie beate Marie et capella extra antiquos muros Bruxellenses procurator et eo nomine procuratorio honestarum magistrarum et beghinarum curtis Beghinagii opidi Lyrensis principalum in infrascriptis litteris apostolicis principaliter descriptarum prout et sue procreationis mandato nobis ultima [fecit] fidem quasdam litteras apostolicas reverendissimi in Christo patris et dominii Johannis miseratione divina sancti Angeli sacrosante Romane ecclesie dyaconi cardinalis in Germanie et nonnullis aliis partibus dicte apostolice sedes de latere legatus specialiter deputati eius vero sigillo oblongo cum cera rubea impresso atque cordula rubea impendente sigillatassanas et integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas sed omnium prorsus vicio et suspicione carentes ut prima facie apparebat quas coram notario publico et testibus infrascriptis presentavit quas nos cum ea qua decuit reverentia recepimus tenorem qui sequitur continentes:

- 19.1 -

"" Johannes miseratione divina sancti Angeli sacrosante Romane ecclesie dyaconus cardinalis en Germanie et nonnullus aliis partibus apostolice sedis de latere legatus specialiter deputatus reverendo in Christo patri et domino episcopo Cameracensis seu eius in specialibus vicario et officiali generali salutem in domino sempiternam.

Ad ea que pro ecclesiarum et ecclesiasticarum divinis laudabiliter insistentum personarum indemnitatis a cuius vis dispendii iugo pro servari possent et ut oportuni sublevaminis auxilio providere valeant

[folio 20 recto]

libenter intendimus et quantum cum deo possumus favorem benivolum impartimur sane pro parte magistrarum et beghinarum curtis Beghinagii opidi Lyrensis Cameracensis diocesis petitio continebat ex dudum nonnulla bona temporalia pro certo servitio atque officio celebrationis duarum missarum in certo altari fundato atque certo sub vocabulo beatarum Marie et Gertrude virginum in capella infirmarie dicti curtis in que nonnullae paupercule et infirmie mulieres degunt et morantur per aliquem presbiterum per ipsas magistras et beghinas pro tempore existentes eligendum exercendo dotata et assignata fuerunt.

Sed eodem magistre et beghine mente revoluentes que forsan temporis successu huiusmodi servitium seu officinum nisi apostolica auctoritate perpetetur faciliter negligi aut penitus postponi possit in ipsarum et dicte curtis per iudicium et dispendum non modicum.

Quare pro parte dictarum magistrarum et beghinarum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus ipsis in premissis oportune providere dignaremus.

Nos itaque de premissis rectam notiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni nostre de que in hiis et aliis speciale in domino fiduciam obtinemus auctoritate nostre legationis qua fungimus in hac parte per hec scripta comittimus et mandamus quatenus si premissa vera esse repperitis super quo nostram conscientiam oneramus cum rectis modis et formis [necnon] abilibus ad id adiciendis ipsis magistris et beghinis earumque sequacibus pro tempore in dicta curti existentibus ut aliquem ydoneum presbiterum et illo defuncto atque amoto alium filium presbiterum totiens quotiens qui singulis septimanis prefatas duas missas in dicto altari etiam si opus fuerit portatili in prefata capella infirmarie predicte celebrare posset et valeat licentiam presentandi, nominandi et eligendi auctoritate prefata concedatis in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras per secretarium nostrum subscriptas fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Traiecti Leodensis diocesis sub anno a nativitate domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo nono inductione duodecima die vero xx mensis aprilis [**20 april 1449**] pontificatus sanctissimi in Christo patri et domini nostri domini **Nicolai** divina providentia pape **Quinti** anno tercio.

Quibusquidem litteris apostolicis nobis et per nos sic ut premittitur presentatis atque receptis perlatus dominus Johannes Fabri procurator procuratorio nomine quo supra coram nobis exponere curavit in effectu.

Quare supradicte magistre et beghine sue principales tam prudenter tamque salubriter intra se revoluentes atque diem misionis

[folio 20 verso]

extreme virtuosis satagentes operibus pervenire et eternorum intuitu de bonis et rebus atque facultatibus certorum suorum amicorum ipsis pie ad hoc succurrentum ab omne donatore largisluo sibi ad hoc collatis seminare in terris que fructu cum multiplici altissimo reddente colligere valeant et in celis cupientesque tamque ab alto utputa gratia spiritus sancti divinitus inspirare suum tam laudabile tam pium et salubre propositum tam ob ipsorum que etiam dictorum succurrentum salutes nonnullis mediantibus bonis ad hoc assignatis felici commercio pro eternis commutandis ad finem optatum et effectum deducere salutarem.

Quare in vim et pretextu dictarum litterarum apostolicarum prefatus dominus Johannes procurator nos instanter requisivit quatenus iamdictis magistris et beghinis ex bonis antedictis ad hoc ut prefertur assignatis et donatis etiam infra descriptis unum perpetuum servitatem atque officium duarum missarum in certo altari fundato atque erecto sub vocabulo beatarum Marie et Gertrudis virginum in capella infirmarie dict curtis beghinagii Lyrensis sub modis oneribus formis et conditionibus subnotatis fundandi et dotandi licentiam et auctoritatem largiri et concedere largita quoque et concessa approbare et confirmare ipsis magistris et beghinis ius nominandi, elegendi et presentandi honorabilem virum dominum **Gerardum Hugonis** presbiterum dicte diocesis et eo defuncto atque amoto alium presbiterum ydoneum totiens quotiens reservare necnon contra quotiensque in hac parte contradictores quolibet et rebellis censuras ecclesiasticas ferre inscriptis et promulgare dignaremus.

Nos igitur Johannes episcopus iudex, executor et ordinarius prefatus exultantes in domino et non inmerito congaudens cum illius favente clementia qui super omnes gentes excelsus in altis habitans humilia respicit in celo et in terra oculo pietatis mentes fidelium amoris iubare divini adeo succensus conspicimus que in talibus devotionis et caritatis se exercent operibus per que multorum accrescit devotio cultus augmentatur divinis pacis optate tranquilitas et animarum prosperitas salubrites procurantur.

Volentesque mandatum apostolicum nobis in hoc parte discretum tamque obedientie filius reverenter exequi et ad peroptatum effectum quantum in nobis est deducium ut tenamur.

Et quia ex summaria informatione per certos nostros ad hoc deputatos commissarios repperimus omnia et

[folio 21 recto]

singula in preinsertis litteris apostolicis contenta veritate fulciri et prefertum supradicta bona pro dotatione antedicti servitii sive officii duarum missarum sic ut premittitur celebrantibus valere summam sive valorem octo florenorum Renensem anni et hereditarii census idcirco auctoritate apostolica nobis commissa qua fungimur in hac parte necnon etiam auctoritate nostra ordinaria quatenus supra et infrascripta nostram iurisdictionem concernant ordinariam prelibatis magistris et beghinis dictae curtis beghinagii Lyrensis pro tempore existentibus et earum sequantibus faciendi et ordinandi supradictum servitium atque officium celebrationis duarum missarum unius videlicet quarta alterius vero feria septa singulis septimanis perpetuis temporibus in recto altari fundato atque erecto sub vocabulo beatarum Marie et Gertrudis virginum in capella infirmarie dictae curtis beghinagii Lyrensis necnon presbiterum ydoneum et illo defuncto atque amoto alium filium presbiterum totiens quotiens qui prefatas suas sic ordinatas missas in dicto loco super altari portatili si opus fuerit celebrare possit et valeat presentandi, nominandi et eligendi cuiuscumquis alterius licentia minime requisita.

Dotibus tamen octo florenorum Renensem boni auri seu valoris eorumdem ad et supra omnia et singula bona mobilia et immobilia quacumque ad dictam infirmaryam prefate curtis spectantia sufficientes assignatorum et sic singulis annis efficaciter persolvendum mediantibus plenariam

duximus largiendam licentiam prestantem pariter et auctoritatem prout largimur et concedimus per presentes necnon omnia et singula in dictis litteris contenta atque alia suprascripta inquantum de iure possimus et debemus, approbamus et confirmamus ac antedictos octo florenos Renenses pro prefato servitio duarum missarum sic fiendo ex antedictis bonis prefate infirmarie liberos et admortizatos decernimus et declaramus necnon predictatum dominum **Gerardum Hugonis** tamque habilem et ydoneum ad huiusmodi duas missas sic ut prefertur celebrantem ex presentatione prefatarum magistrarum et beghinarum nobis desuper facta advisimus et admittimus per presentes que omnia et singula necnon presentes patentes litteras et in eis contenta vobis omnibus et singulis quibus hec latere diriguntur aliquis quorum interest seu interesse poterit in futurum intimamus infimamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes ne de premissis aut aliquo premissorum ignorantiam aliquam pretendere possitis seu etiam imposterum quolibet allegare vobis et vestrum

[folio 21 verso]

cuilibet in virtuti obidente et sub infrascriptis sententiarum penis districtius iniungentes atque precipiendo mandantes quatenus in premissis omnibus et singulis vestras operas et favores benivolas consensem pariter et assensum adhibitas necnon ordinationem deputationem, fundationem ac alia omnia et singule prenarrata in vestris capitulis grata habentes et rata inviolabiter observietis et impleatis eisque pareatis et intendatis ac ab aliis quatenus in vobis fuerit adimpleri, observari et intendi faciat et permittatis necque possesorem seu capellanum predicti officii sive servitii pro tempore existentem occasione premissorum perturbetis, molestetis aut impedatis molestias [vel] alias inferatis per vos vel alium su aliis directe vel indirecte quonis ad hoc quesito ingenio seu colore aliquo in vos omnes et singulis superdictos necnon contradictores molestatores in premissis quidlibet aut rebelles necnon impudentes premissa aut aliquid premissorum quominus ut prescribitur suum debitum consequatur effectum seu impedientibus dantes auxilium consilium vel favorem etiam directe vel indirecte singulariter in singulos singulares personas iamdicta monitione premissa excommunicationis in capitulum vero dicti ecclesie sancti Gummaris si in hiis delinquens fuerit suspensionis a divinis et in ipsorum dlinquentum ecclesias, monasteria et capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus contra vos omnes et singulos superdictos gravius processuri prout qualitas facti exegerit et nobis imposterum visum fueret expedire absolutionem vero omnium et singulorum qui prefatas sententias earum aliquam incurrerint seu incurrerit quoquo modo nobis vel superiori nostro [tam] modo reservamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continentem sive continens exunde fieri et per notarium publicum ac secretarium nostrum infrascriptum subscribi et publicavi mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensionem communiri.

Datum et actum Bruxelle nostre diocesi in domo habitationis nostre sita in vico vulgariter dicto de Guldenstrate sub anno ab incarnatione domini millesimo quadragesimo nono inductione duodecima die vero mensis februarii decima septima [**17 febr 1450**] pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini **Nicholai** divina providentiapape **quinti** anno tercio presentibus

[folio 22 recto]

ibidem dicretis et honestis vires **Johanne Rampart** et **Cornelio de Colonia** clericis notariis publicis ac **Daniele Moernay** appositione nostro testibus ad premissa vocatis personaliter et rogatis. Sic subscriptum:

Et ego **Theodorinus Miscart** presbiter Cameracensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate venerabilisque curie Cameracensis iuratus notarius predicti que reverendi patri et domini nostri domini Cameracensis episcopus iudicis et executoris secretarius ac huiusmodi cause coram eo scriba quia premissis approbationi, confirmationi, decreti et declarationi aliquis omnibus et singulis supradictis dum sic ut premittitur coram prelibato domino episcopo iudice et executore et per eundem fierant et agerentur unacum prenotatis testibus ipsus interfui eaque sic fieri, scivi

et audivi idcirco presentes litteras seu publicum instrumentum per alium fidelem me aliis predicto negotiis scriptas seu scriptum de mandato prefati reverendi patris iudicis et executoris exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et confectis unacum appensione sigilli dicti reverendi patris signavi rogatus et requisitus in testimonium veritatis premissorum.

Concordat huiusmodi copia cum litteris originalibus
collatione facta ad easdem per me
sacra imperiali auctoritate notarium publicum
Laurentius Perre

[folio 22 verso]

- 20 -

Regest : 7 november 1449 - Johannes de Burgundia, bisschop van Kamerijk, bevestigt de benoeming van Johannes Fabri als pastoor van het begijnhof, en citeert de brief uit 1449 van Johannes, kardinaal in Duitsland, waarin die de procedure van verkiezing en aanstelling van de begijnhofpastoor bevestigt en goedkeurt, dit op vraag van de meesteressen en begijnen.

De bisschop vermaant deken en kapittel van Lier om die procedure te respecteren, en hij beveelt alle clericci van het bisdom dit toe te passen.

De brief van 1258 waarbij deken en kapittel de oprichting van het begijnhof goedkeurden wordt volledig weergegeven, ter herinnering.

Volgt dan een brief dd. 4 maart 1437 waarin de deken en kapittel enige van hun standpunten rond het begijnhof verklaren. Zij betreuren dat het het begijnhof vrouwen opneemt uit de parochie, zo ook gehuwde vrouwen, dat zieke vrouwen worden opgenomen en (versneld) als begijn worden ontvangen waarna ze in het begijnhof begraven worden, en dus niet in de Sint Gummaruskerk.

Verder stellen ze dat de klok van het begijnhof niet mag luiden op bepaalde feestdagen daar dit de gelovigen in verwarring brengt over waar de diensten plaatsvinden. Ze herinneren er ook aan dat elke begijn jaarlijks twee denarii dient te betalen aan het kapittel, die de hoofdkerk is, omwille van de aan de begijnen toegestane uitzonderingen.

Johannes de Burgondia dei et apostolice sedis gratia Episcopus Cameracensis et comes Cameracesii iudex et executor unicus ad infrascripta et dictam sedem apostolica specialiter deputatus necnon ordinarius cause et partum infrascriptum universis et singulis presentes litteras nostras confirmatorias inspecturis et visuris et prefertum illi vel illis quorum interest intererit seu interesse poterit quomlibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur aut quacumque prefulgeant dignitate communiter vel divisim salutem in domino et nostris huiusmodi ymoverius apostolocis firmiter obedire mandatis litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini **Johannis** miseratione divina sancti Angeli sacrosancte Romane ecclesie **dyaconus Cardinalis** in Germanie et nonnullis aliis partibus dicte apostolice sedis de latere legati specialiter deputati eius vero sigillo oblongo cum cera rubea impresso atque cordula rubea impendente sigillatas sanas et integras, non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omno prorsus vicio et suspicione parentis nobis per honorabilem virum dominum **Johannem Fabri** presbiterum curatum parochialis ecclesie beate Marie de capella extra antoquos muros Bruxellenses procuratorem et eo nomine procuratorio honestarum personarum curati, magistrarum et beghinarum Curtis

Beghinarum opide Lyrensis Cameracensis diocesis principalum in infrascriptis litteris principaliter nominationem prout de sue presentatione mandato quidam publico docuit instrumento prenotatas nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse huiusmodi sub tenore:

- 20.1 -

"" Johannes miseratione divina sancti Angeli sacrosancte Romane ecclesie dyaconus Cardinalis in Germanie et nonnullis aliis partibus apostolice sedis de latere legatus specialiter deputatus reverendo in Christo patri domino Episcopo Cameracensis seu eius in specialibus vicario salutem in domino sempiternam.

Pia fidelum vota illa potissime que divinicultus augmentum et animarum salutem necnon pacem et commodum ecclesiasticarum personarum respiciunt libenter cum a nobis petitur favorabiliter exaudimus.

Sane pro parte dilectorum nobis in Christo curati, magistrarum et beghinarum Curtis Beghinagii opide Lyrensis Cameracensis diocesis nobis oblata Petatio continebat quod olim propter bonum pacis ad evitandum diversa scandala dissentionis atque litis que verisimiliter exinde imposterum

[folio 23 recto]

oriri possent amicabiliter et mature absitque alicus preiudicio certis rationabilibus modis et formis concepti et conclusi fuerunt nonnulli liciti et honesti tractatus conventiones ordinationes et appunctuamenta inter eos et dilectos nobis in Christo decanum et capitulum ecclesie beati Gummari Lyrensis predicti tam super iuribus parochiale ecclesie curtis antedicti que etiam rebus aliis dictas partes hincinde conterventibus prout in rectis litteris desuper confectis contineri.

Quare pro parte eorumdem curati, magistrarum et beghinarum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus tractatibus, conventionibus, ordinationibus et appunctuamentis predictis robur nostre confirmationis adiicere de benignitate nostra dignaremur.

Nos igitur de premissi certam notitiam non habentes huiusmodi quoque supplicationibus inclinati dicretioni vestre de qua in hiis et aliis speciale in domino fiduciam obtinemur auctoritate nostre nobis commisso per hec scripta committimus et mandamus quatenus vos de premissis diligenter informetis et si per informationem huiusmodi vobis constiterit premissa sic ut permittitur licita et honesta fore supra dictos tractatus conventiones, ordinationes et appunctuamenta prout rite facta fuerint iuxta predictarum litterarum continentiam et tenorem auctoritate prefata pro eorum firmiori subsistentie approbetis et confirmetis in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentas litteras per secretarium nostrum subscriptas fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Confluentie [Koblenz] sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono inductione duodecima die vero septima mensis may [7 mei 1449] pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri **Nicolai** divina providentia pape **Quinti** anno tertio quaquidem littera in eius sine subtus sic signata reperitur **Jo Vaultier** secretarius post quarumque litterarum apostolicarum presentationem en receptionem nobis et per nos ut premittitur facte per prefatum dominum Johannem Fabri procuratorem quo supra nomine procuratorio coram nobis nonnullis litteris certorum statutorum, ordinationem, conventionem et appunctuamentorum per et inter venerabiles dominos decanus et capitulum ecclesei collegiate santi Gummari Lyrensis dicte diocesis nostre atque supradictorum curatum, magistras atque beghinas dicte curtis beghinagii Lyrensis factorum et conceptorum sigillo maiori eiusdem capitulum ut prima facie apparebat signatis atque sigillatis pro verificatione per insertarum litterarum facto realiter et in scriptis exhibitis atque productis tandem videlicet die et

[folio 23 verso]

hora infrascriptis fuimus per eumdem dominum Johannem Fabri procuratorem propter hoc coram nobis peronaliter constitutis debita cum instantia requisiti quantenus ad executionem earumdem

litterarum prescriptarum et contentorum in eisdem iuxta traditam seu directam a dicta facta sede apostolica nobis formam predictam dignaremur.

Nos igitur Johannes episcopus iudex et executor prefatus volentis mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur diligenti informatione ex nos ex supratactis litteris statutorum, ordinationem et appunctuamentorum in earum signis et sigillis per fededignos testis coram nobis propter hoc productos iuratos atqua interrogatos sufficienter recognitos habita et facta allisque litteris diligenter inspectis attento quoque que statuta ordiantiones et appunctuamenta predicta fuerunt prout et sunt licita et honeste auctoritate nostra ordinaria quatum in nobis est et quatenus premissa nostram iurisdictionem ordinariam concernant ymoverius apostolica auctoritate nobis commissa et qua fungimur in hac parte supradictas litteras quas de verbo ad verbum prsentibus inseri volumus et mandamus necnon omnia et singula in eis contenta in favorem predictorum curati, magistarum et beghinarum pro tempore in dicta curti existentes successoribus eorumdem pro firmiori subsistentia earumdem litterarum et contentorum in eisdem approbavimus et confirmavimus, approbamusque et confirmamus per presentes huiusmodi nostrum processum propterea in forma decernendo cum ratificatione tamen atque dispensatione nostre iurisdictionis ordinarie super clausula in infrascriptis litteris contenta de horis canonicis in prefata parochiali ecclesiam dicte curtis de cantandis super qua dicte curato, magistras et beghinis nostram licentiam concedimus et elargimur per presentes.

Qua omnia et singula supra et infrascripti vobis omnibus et singulis supradictis quibus presens noster processus dirigitur et vestrum cuilibet tenore presentium intimamus et infimamus et notificamus ac ad vestram et cuilibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus vosque nichilominus et vestrum quemlibet insolidum auctoritate predictis tenore presentium requirimus et monemus primo secundo tertio et peremptorie ac vobis ac vestrum cuilibet in virtutue sancte obedientie, et sub infrascriptis finorum prius districte percipiendi mandamus quatenus subscriptas litteras ac omnia et singula contenta in eis immolabiliter observetis et faciatis ab aliis quatenus in vobis

[folio 24 recto]

fuerit firmiter obsevari alioquin si premissa sic non adimpleveritis mandatisque et monitionibus nostris huiusmodi ymoverius apostolicis non parueritis seu alter vestrum non parueret cum effectu nos in vos omnes et singulos supradictos qui culpabiles fueritis in premissis et generaliter in contradictionis quoslibet in hac parte et rebellos cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant nisi infra sex dierum spacium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum pro parte dictorum curati, magistrarum et beghinarum principalum de super factum seu fiendum immediate [sequentem].

Quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis omnibus et singulis supradictis pro tertio ac peremptorio termino ac monitione canonica assignamus a contradictione et rebellione predictis et omnino destiteritis et quilibet vestrum destiteret exnunc prout extunc et extunc prout exnunc singulariter in singulos eadem canonica monitione premissa excommunicationem in captula vero et collegia quecumquis in hiis forsitan delinquentia ac in quorumcumquis delinquentum ecclesias, monasteria et capellas interdicti sententias ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus.

Ceterum cum ad executionem ultriore in presenti negocio faciendam nequeamus quo ad presens pluribus aliis arduis prepediti negotiis personaliter interesse universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis tam cathedralium que collegiarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus et locantentis eorumdem plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis, ceterisque presbiteris, clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et diocesis nostras Cameracensis ac aliis ubilibet constitutis et eorum cuilibet insolidum super ulteriore executione huiusmodi mandati apostolici atque nostre facienda tenore presentium committimus plenarie vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocanda quos nos etiam et eorum quemlibet eisdem auctoritatibus et tenori requirimus et monemus primo, secundo tertio et peremptorie eorum et divisim eisque et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie

et sub excommunicationis pena quam in eos et eorum quemlibet canonica monitione premissa si ea que ipsis in hac parte committimus et mandamus neglegerunt seu contempserunt contraciter adimplere ferimus in hiis scriptis districte percipiendo mandamus quatenus infra sex dies post presentationem et notificationem presentium

[folio 24 verso]

eis seu eorum alteri factem et postquam pro parte dictorum curati, magistrarum et beghinarum principalium super hoc fuerint requisiti seu alter eorum fuerit requisitus immediate sequans quos sex dies eis et eorum cui libet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac nominationem canonica assignamus.

Ita tamenque in hiis exequandis unus eorum alterum non respectat nec alter pro alio se excuset ad vos omnes et singulos supradicto quibus presens noster processus dirigitur personasque et loca alia de quibus ubi quando et quotiens expediens fuerit personaliter accedentem prefatas supra et infra scriptas litteras et hunc nostrum processum ac omnia et singula contenta in eisdem vobis omnibus supradictis coniunctim et divisim legant intimant, insinuant, notificant et fideliter publicent necnon littellas et contenta huiusmodi immolabiliter observari insuper ipsarum vim, formam et tenorem faciant et diligenter procurent cum omnibus et singulis clausibus et conditionibus in eisdem litteras appositis et generaliter omnia alia et singula nobis in hac parte commissa fideliter et plenarie exequantur insuper per insertarum litterarum apostolicarum et presentis nostri processu continentiam et tenorem.

Ita tamen que nichil in preiudicium dictorum curati, magistrarum et beghinarum principalium attemptari valeat quolibet vel innovare nec in processibus per nos habitis et sententiis per nos latissimis absolvendo vel suspendendo aliquid immutare.

In ceteris autem que eisdem principalibus super premissis in aliquo nocere possent seu obesse ipsis subdelegatis nostris et quibuscumque aliis potestatem omnimodam denegamus, et si contingat nos super premissis in aliquo procedere a quo nobis potestatem plenariam reservamus non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare nisi de renovatione ipse speciale et expressam fecerimus mentionem prefatas quoque litteras et hunc nostrum processum volumus penes dictorum curatum, magistras et beghinas ut prefertur pro tempore in dicta curti existentes remanere et non per vos seu aliquem alium contra ipsum voluntatem quorumlibet detinere contrarum vero facientes prefatis nostris sententiis perut in scriptis late sunt ipso facto volumus [subiugere] mandamus tamen copiam fieri de premissis eam potentibus et habere dictum potentum quidam sumptibus et expensis absolutionem vestro unii et singulorum qui prefatas nostras sentantias seu earum aliquam incurrint sive incurrit quoquo modo vobis vel superiori

[folio 25 recto]

nostro tuncmodo reservamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presentum publicum instrumentum huiusmodi nostrum in se continentis exinde fieri et per notarium publicum ac secretarium nostrum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostreque sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Bruxelle nostre diocesi in domo habitationis nostre sub anno a nativitate domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo nono indictione duodecima die vero veneris septima mensis novembris [**7 nov 1449**] paulo post horam vesperum vel quasi pontificati sanctissimi in christo patris et domini domini **Nicolai** divina providentia pape **Quinti** anno tercio.

Presentibus ibidem religiosi viro domino **Johanne vander Heyen** priore monasterii Carmelitarum fratrum Bruxellenses necnon discretis viris **Johanne Rampart** promotore nostro et **Henrico Sulc alias Vroenhoven** curie nostre Cameracensis procuratoribus clericis dicte nostre diocesis tetibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Tenores vero duarum litterarum ordinationem et appunctuamentorum predictorum sequuntur et sunt tales:

- 20.2 -

(NB : zelfde tekst als deze op folio 1 recto)

" Universis Chrisi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis nos Decanus totumque Capitulum ecclesie Lyerensis necnon et cum plebanum eiusdem loci salutem in eo cuius essentia non novit preteritum vel futurum.

Cum de nostra communi licentia et consensu beghine infra limites parochie nostre de Lyera cortim construxerint et in ea residentiam faciant ad manendum, nos sancti Spiritus lege ducti et proborum virorum usi consilio ne quid litis aut discordie inter nos ex una parte et ipsas ex altera in posterum oriatur compositionem cum eis et statutum inibimus sub hac forma videlicet ut eodem beghine a prefata parochia petitus absolute deputatum et speciale in propria ecclesia habeant sacerdotem, qui eis in divino officio et sacramentis ecclesiasticis provideat tempore opportuno.

Et ratione exemptionis sue pro omni iure parochialis dabunt nobis singule beghine singulis annis duos denarios, quorum unus infra octavas Pasche et alius infra octavas nativitatis dominice persolventur.

De oblationibus autem et candelis pervenientibus in die sepulture earum sive una missa sive plures ratione exequiarum celebratas habebimur dimidietatem sine diminutione aliqua atque fraude.

Insuper et oblationes si quas forte receperint a parochianis iure in quatuor perceptis sollempnitatibus anni, scilicet in nativitate domini; in Pascha, in Pentecosten et in

[folio 25 verso]

festo Omnia Sanctorum et in sollempnitalibus Beate Virginis integraliter reddent nobis.

Ac per hoc licebit eis aliis temporibus anni omnes oblationes altaris recipere ac etiam retinere et in cimiterio suo mortuorum corpora sepelire. Proviso quod ad missam non pulsabunt donec prima nostra pulsetur nec de nostra dumtaxat parochia sepelient corpora mortuorum.

Preterea ne disciplina religionis earum per ministros inutilis veniat in contemptum concedimus quatinus providentia viro religioso abbatis loci Sancti Bernardi ordinis cisterciensis dyocesis Cameracensis nobis videlicet Decano et Capitulo Lyerensis sacerdotem ex parte beghinarum ibidem in officio divino servitum presentet.

Quo mortuo vel amoto semper alium ex parte earundem beghinarum poterit idem Abbas nostro capitulo presentare nec aliquem presentatum eo modo quo dictum est poterunt si fuit ydoney refutare.

Siquidem si favente superna clementia contigit ibidem cultum divinum ampliari crescente numero fidelium et plures haberi ministros nullo unique tempore ad provisionem eorum erimus aliquatenus obligati, nec sub pretextu alicuius defectus quicquam a nobis exigere poterunt pro prebenda.

Litteras itaque presentes predictis beghinis contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratis ad perpetuam firmitatem et memoriam premissorum.

Quarum etiam tenore devote supplicamus reverendo patri ac divino nostro dei gratia

Cameracensis Episcopo ut prefata omnia confirmare dignetur tam nobis quam predictis beghinis perpetuo valutura.

Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo mense februario. " "

[febr 1259]

Alterius vero littore ordinationem et appunctuamentorum predictorum tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

- 20.3 -

"" Universis et singulis presentes litteras inspecturis Jacobus de Foyendris alias Bont, doctor in medicinis, decanus et capitulum ecclesie collegiate beati Gummari Lyrensis Cameracensis diocesis salutem in domino cum noticia veritatis.

Cum predecessores nostri dum curtum Beghinagii Lyrensis a parrochia ecclesie nostre quantum ad illas personas que in dicta curti in Beghinias recipientur eximi et dividi permiserant et consenserant quod in dicta curti ecclesiam erigi et fundari et curatus pro ipsis beghinagibus institui deberent aliqua appunctuamenta cultum divinum inibi faciendum administrationem sacramentorum ecclesiasticam sepulturam et iurisdictionem nostre collegiate ecclesie atque nostram tangentia ut vera pax inter dictos decanum et capitulum Lyrensis ex una et curatum, magistras et beghinias dicte curtis pro tempore existentes presentibus ex altera

[folio 26 recto]

perpetui poterit observari prout hec et alia in litteris desuper confectis plenarie continetur statuerunt et ordinarunt.

Et cum ex illis appunctuamentis ordinatis propter minus sufficientem expressionem de et super singulis casibus qui cotidie accident in ipsis litteris factam aliqua dubia seu altricationes sepe et sepius orte seu orta sunt et fuerunt et verisilime sic plures et plura in futurum et imposterum posse oriri nos **Jacobus** decanus et capitulum antedicti omne dubium et omnium altricationem et cavillationem quantum in nobis est amovere.

Ac etiam pacem et concordiam cum dictis curato et desiderantes pro declaratione dictarum litterarum antedictis curato et beghinabus in dicta ecclesie fundatione et erectione per predecessores nostros concessas quas in suo robori salvis declarationibus et additionibus infra scriptis volumus permanere.

Ad humiles et devotas preces et supplicationes dicti **Victoris de Ghestele** curati et magistrarum ac aliarum beghinarum dicti curtis statuimus, decernimus et ordinamus quodsi contingat aliquas mulieribus personas in dicta curti Beghinagii Lyrensis moram trahere qui in beghinias a curato et magistrabus dictae curtis pro tempore existentes non sunt recepte quod tales mulieres erunt de parochia plebanis Lyrensis et ab eodem plebano recipient ecclesiastica sacramenta.

Item decernimus et declaramus quod curatus et magistre dictae beghinagii pro tempore existentes nullam mulierem coniugatam quamdiu fuerit maritata et de hoc ipsis constat in beghinam recipient. Similiter nec aliquam mulierem in dicta curti in lecto egritudinis iacentem que eo tempore quo erat sana non fuerit beghina recipient in beghinam.

Et si ipsus curatus et beghine magistre contraria fecerint et talem maritamatam seu in lecto egritudinis receptam morientem tamque eorum beghinam sepelierint quod tunc nobis et ecclesie nostre ad restitutionem cadaveris illius mulieris mortue ac omnium funeralium tenebuntur stabuntque de tantis presumptione et temeritate quoad ecclesiam condignam desuper faciendam duorum decani et capiti Lyrensis pro tempore existentes ordinationi et correctioni iuri tamen cuiuslibet alterius semper salvo.

Item cum intellegimus et debete informati sumus quod aliqui beghine dictae curtis seu aliqui alie persone divino amore succense pro curato capellanis ac aliis beghinabus dictae curtis in dicta eorum ecclesiam celebrantibus et cantantibus fructus seu redditus perpetuos ad hoc ut in dicta ecclesia prenotate curtis beghinagii matutine et vespere cum completoriis ac missa prout in ecclesiis beghinagiorum de Bruxella et Mechlinia dictae diocesis decantatur

[folio 26 verso]

poterunt decantari assignare proponant et etiam assignaverint idcirco nos attendentes ad pium affectum quam dictae beghine et alia persone ad augmentum divini cultus gerunt et gesserent desiderantes etiam que in dicta ecclesia antedicta curtis cultus divinus augmentatur et ne ipse beghine habeant occasionem propter defectum divini cultus huiusmodi eundi seu evagandi per presente litteras perpetus duraturas et valuturas curato et magistrabus ac beghinabus dictae curtis pro tempore existentes quantum de iure possumus licentiam et plenam et auctoritatem damus, concedimus et impartimus quod in dicta ecclesia beghinagii antedicti omnibus et singulis diebus dominicis et festivis ac etiam aliis diebus in choro festivis novem lectiones ex consuetudine

seu speciali devotione habentibus necnon singulis diebus per totum adventum, per totam quadragesimam et per octavas sanctissimi Sacramenti matutine summa missa et vespere cum completoriis per ipsos curatum, capellanos et beghinias pro tempore existentes per ipsos curatum et magistras ad cantandum assumendos dum de eorum labore quia spiritualia sive temporalibus diu subsistere non possunt competentes per modum cotidianarum distributionem aut [alias] fuerint remunerati seu contestati poterunt decantari hoc tamen adiecto quod ad matutinas et vespertas in ecclesia antedicta curtis decantandas non debeat pulsari donec in nostra ecclesia beati Gummarii Lyrensis ad matutinas vel ad vespertas pulsetur nec in dicta ecclesia antedicti beghinagii ad summam missam debeat pulsari donec in nostra ecclesia ad primam pulsetur placet etiam nobis quodsi in dicta ecclesia prenominate curtis beghinagii aliisque private misse debeat celebrari quod ad illas audiendas cum parva campana pulsetur.

Preterea ne populus a nostra ecclesia que est matrix et principalis parochialis ecclesia totius opidi Lyrensis retrahatur ordinamus quod ultra festa qui in dictam nostram ecclesiam servantur dicte beghine seu quecumque alie persone nulla festa duplia seu triplicia in antedicta ecclesia

prenotati beghinagii sine expresso consensu nostro ordinabunt seu fundabunt.
Insuper placet nobis quod predicti curatus, capellani et beghine pro tempore existentes pro ipsarum beghinarum ac aliarum personarum anniabus in presentia funeris seu tempore exequarum et in diebus anniversariorum eorum poterunt vigilias et missam de requiem in antedicta ecclesia dicti beghinagii decantare consequenter cum scriptum fit quod non in solo pane vivit homo sed in omni verbo

[folio 27 recto]

quod procedit de ore dei.

Idcirco etiam placet nobis quod in predictam ecclesiam antedicta curtis seu eius cimiterio predicetur verbum dei ab illis qui missi sunt id est qui a iure habent potestatem predicandi, et ab audiendum verbum dei cum campana pulsetur salve tamen quod ibi in illa hora qua verbum dei in ecclesiam nostram predicatur non debeat predicatio excepta die Parascenes qua tunc simul in ipsis ambabus ecclesiis poterit dei passio predicari ulterius cum in predictis litteris de quibus supra fit mentio clare habetur quod quelibet beghina dicte curtis ratione exemptione nobis et capitulo nostro annuatim et hereditarie duos denarios solvere tenetur et non sit expressa de quibus denariis hoc intelligi debeat.

Et cum per recta tempora pro illis duobus denariis solverunt duos denarios Lovanienses aut valorem eorumdem.

Et ne imposterum desuper altricatio fiat predicti curatus et magistre antedicti beghinagii pro seipsis et singulis beghinabus consenserunt quod pro illis duobus denariis quelibet beghina antedicta curtis pro tempore existens duos denarios Lovanienses aut valorem eorumdem prout comiter pro quolibet denario Lovaniensis in opido Lyrensis illustrissimo principe et domino domino duci Brabantie solvi conseutim sit, solvet temporibus in antedictis litteris expressatis.

Et nos de talum denariorum Lovaniensem solutionis ammodo facienda volumus contentari et contentamur.

Item prenotati curatus et magistre antedicti beghinagii attendentes quod per augmentum divini cultus in ecclesiam antedictam perut premittitur de licentia nostra fiendi antedicta ecclesia nostra collegiata in aliquo posset ledi seu gravari idcirco in recompensum illius lesionis seu gravamus antedicta beghine nobis et capitulo nostro sponte et libere sine pactione aliqua sedecim grossos veteres annuatim et hereditarie ad et supra curtum dicti beghinagii habendos et levandos dederunt et sufficienter assignare et pro eis tantum quantum communiter [dictum] de capitulo pro talibus grossos pro tempore recipient solvere permiserunt.

Et ut omnia et singula predicta ac quodlibet eorum tam per nos et succesores nostros quod per ipsos curatum et magistras et beghinias pro tempore existentes perpetuo immolabiliter observantur presentes litteras maioris sigilli nostre capituli ad supplicationem et requestam dictorum curati et magistrarum appensione fecimus communiri.

Datum et actum Lyre in loco nostro capellari nobis [capitulater] ad hoc congregatis et capitulo desuper indicto de nostrorum omnium et singularem consensu pariter et assensu anno domini millesimo quadragesimo tricesimo sexto die

[folio 27 verso]

Iune post dominicam qua cantabatur in ecclesiam dei oculi quarta martii [**4 maart 1436; moderne datum 1437**] secundum modum scribendi in diocesi antedicta.

Quequidem littera sic subscripta fuit [Wal ge] alias Joncker.

Et ego **Theodoricus Miscaet** presbiter Cameracensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate venerabilisque curie Cameracensis iuratus notarius reverendi patris et domini nostri domini Cameracensis Episcopi iudicis et executoris prefati secretarius et huiusmodi cause coram eo scriba quia premissorum statutorum, ordinationum et appunctuamentorum approbationi et confirmationi litterarumque desuper concessioni et decreto aliisque omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur per reverendem in Christo patrem dominum Episcopum iudicem et executorem prelibatum et coram eo agerentur et fierent unacum prenotatis testibus interfui eaque sic fieri, scivi et audivi idcirco presentes litteras seu publicum instrumentum per alium fidelem me aliis prepedito negociis scriptas seu scriptum de mandato prefati revenrendi patris iudicis et executoris exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli dicti reverendi patris iudicis et executoris signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium veritatis premissorum.

Concordat huiusmodi copia cum litteris originalibus
collatione diligenti ad easdem facta per me sacra
imperiali auctoritate notarium publicum
Laurentius Perre

[folio 28 recto]

- 21 -

Regest : anno 1296 - Een Rooms college van bisschoppen en aartsbisschoppen staat een aflaat van veertig dagen toe aan hen die op het Lierse Begijnhof op bepaalde feestdagen de kerkvieringen bijwonen, of die aan de kerkfabriek bijdragen voor licht, boeken, klederen en altaarversiering, of een legaat bestemmen.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint.
Nos miseratione divina Johannes [Lundensis] primas Suezie, fratres Egidius Bituricensis, Basilius Jherosolitanus, Philippus Salernitanus, Borchardus Magdeburgensis, Paulus Rossinensis, Johannes [Capaduai], Aro Casitanus, Andreas [Lidden], Lambertus Veglensis, Jacobus [Arimensis], Hubertus [Feretrus], Valdebrunus Attessinensis, Bertholus Orcanus, Johannis Conticensis et Petrus [Pastexie] archiepiscopi et episcopi salutem in domino sempiternam.

Alma mater ecclesia de animarum salute solicita devotionem fidelium quasi affectiuis muneribus indulgentiis videlicet et peccatorum remissionibus inuitare consuevit ad debiti famulatus honorem deo et sacris edibus impendendum ut quanto crebrius et devotius illuc confluit populus expiamus tanto celerius dilectorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna.

Cum igitur ad huiusmodi presulatus sumus assumpti per eminentiam cura debemus sedula anhelare ut gregem dominicum nobis commissum sibi possumus acceptabilem reddere et devotum cupientes igitur ut ecclesia sancte Margarete in Lyera Cameracensis diocesis in qua beghine morantur congruis honoribus frequentetur et a cunctis Christi fidelibus iugiter veneretur.

Omnibus vere penitentibus et confessis qui ad prefatam ecclesiam in festis subscriptis videlicet nativitatis domini resurrectionis, Ascensionis et Pentecosten, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie videlicet Nativitatis, Purificationis, Annunciationis et Assumptionis, in festis beatorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum et in festis beatorum Johannes Baptisti Laurentii, Nicolai, Martini, sancti Michaelis archangeli et in festo omnium sanctorum, in festis beatarum Marie

Magdalene et Katherine, in inventione et exaltatione sancte Crucis et in festo sancte Margarete ac in dedicatione prefate ecclesie et per octavas predictarum festivitatum tam devotionis seu peregrinationis accesserunt vel ibidem divinum officium in festis suprascriptis devote audierint, vel qui predice ecclesie fabrice luminariis libris vestimentis altarum ornamentis seu aliis necessariis manus porrexerint adiutricisque vel quicunque facultatum suarum in extremis laborantes eidem ecclesie

[folio 28 verso]

seu presbiteris ac clericis in eadem divina celebrantibus legaverint, donaverint, miserint seu procuraverint nos de omnipotentis dei misericordia gloriose semper virginis Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli [nostrorum] singulas dictarum quadragesimas de iniunctis sibi penitentiis dummodum relaxamus.

In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda.

Datum Rome anno domini m° cc° nonagesimo sexto pontificatus domini **Bonifatii** pape **Octavi** anno secundo. [1296]

Littere confirmationis et ordinarii supradictis transsscripsi

- 22 -

Universis presentes litteras inspecturis Guido miseratione divina Cameracensis Episcopus salutem in domino.

Noveritis universitas vestra quod nos presentes litteras in quibus huiusmodi presentes nostre littore nostro sigillate sigillo sunt inspexi factas pro ecclesia sancte Margarete de Lyra nostre diocesis qua beghine morantur sicut in eis exprimitur.

Ita ea omnia auctoritate ordinaria confirmamus ac omnibus vere penitentibus et confessis cum quadraginta dierum indulgentiarum misericorditer de iniunctis sibi penitentiis relaxamus.

Datum sub sigillo nostro anno domini millesimo cc° nonagesimo nono in die Epiphanie domini.

Concordat huiusmodi copia cum litteris originalibus
collatione facta per me sacerdote imperiali
auctoritate notarium publicum
Laurentius Perre

*Noot bij de datum : epiphanie 8 januari; dus datering **8 januari 1300**.*

Opmerking : in het Archief Lier, Stad & OCMW bevat het archief van het Liers Begijnhof een andere de originele Roomse bul die aflaten toekent voor de "hospitale sive firmarie".

[folio 29 recto]

- 23 -

Regest : November 1300 - Een Rooms college van bisschoppen en aartsbisschoppen staat een aflaat van veertig dagen toe aan hen die de infirmerie van het Lierse Begijnhof steunen, bepaalde kerkvieringen bijwonen, of het kerkhof bezoeken en daar bidden voor de zielen van de overledenen.

Universis Christi fidelibus litteras inspecturis miseratione divina nos Raynutius Calaritanus frater Basilius Jerosolymatanus Adenulphus Consanus Archiepiscopi, frater Thomas Cresiensis, Manfredus Sancti Marci, frater Nicolas Turtibulensis, Nicolas Neocastrensis, frater Anthonius Chenadiensis, Bonifatius Parentinus, Bernardus [Pacen], Simbaldus Guardiensis et frater Jacobus Calchedoniensis episcopi salutem in domino.

Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum oportet nos diem messionis extremae misericordiae operibus praevenire ac aetenorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam.

Cum igitur in infirmeria sive hospitale curtis Lirensis Cameracensis diocesis die noctuque recipientur infirmae mulieres debiles et egene a quibuscumque Christianorum partibus venientes et cis prout ipsius infirmariae facultates suppetunt sint a Magistra et sororibus ipsius infirmariae celeriter ministrare nec ad predicta eadem Magistra et sorores possunt sufficere nisi a Christi fidelibus adiumentur universitatem vestram requirimus et rogamus quatenus eidem hospitali sive infirmarie pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis ut per hec et alia bona que, domino inspirante, feceritis possitis ad aeterne felicitatis gaudia pervenire.

Nos enim volentes dicte infirmarie sive hospitali in quantum cum deo possumus subvenire de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum cuius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictem hospitalem sive infirmariam in omnibus et singulis festivitatibus et diebus subscriptis videlicet Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis domini et Pentecostes ac Nativitatis, Purificationis, Annunciationis etiam Assumptionis Beate Marie Virginis in commemoratione omnium beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium aliorum apostolorum

[folio 29 verso]

Marci et Luce evangelisti et per ipsorum festivitatum octavas necnon in festivitatibus beatorum Michaelis archangeli, Johannes Baptisti ac decollatione ipsius beati Johannis Laurentii Vicentii Petri et Georgii martiri, Nicolas, Nicasii, Gummari, Ambrosii et Martini et Augustini confessorum, Margarete, Barbare, Lucie, Caterine, Agathe, Agnetis et Scolastica virginis Marie Magdalene et Anne singulisquis diebus dominicis totius anni et per totam quadragesimam maiorem causa devotionis accesserint et manus pro quibuscumque ipsius infirmarie seu hospitalis necessarii porrexerint adiutrices vel qui in bona sui corporis sanitate seu etiam in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint, miserint seu mittere procuraverint modo licto infirmarie supradicte aut qui circumierit cimiterium beate Margarete ibidem dicendo pater noster cum salute angelica pro peccatoribus ibidem quiescentium et omnium fidelium defunctorum singuli autem

singulis quadraginta dierum indulgentias de iniunctis eis penitentiis dummodum diocesani voluntas ad id accesserit et consensus.

In cuius rei testimonium prescriptibus nostra sigilla iussimus apponi.

Datum Rome anno domini millesimo CCC° mense novembri, Pontificatus domini **Bonifatii** pape **octavi** anno sexto. [**november 1300**]

Littere confirmationis [d] ordinarii

- 24 -

Guido miseratione divina Cameracensis Episcopus universis presentas litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Noveritis nos vidisse et diligenter inspexisse que in hiis litteris ubi nostre litterae sunt infixi continentur, que omnia approbamus et ratificamus et nos auctoritate ordinaria confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum extentibus litteris est appensum. Datum anno domini m° ccc° quinto die veneris post Petri et Pauli apostolorum.

Collatione facta concordat cum originalibus
per me sacra imperiali auctoritate notarium
Laurentius Perre

